


2767 tabula marmorea litteris aevi labentis rep. mense Dec. 1883 prope La Colonna in vinea Eugenii Ciuffa (cf. n. 2770).



Descripsit Helbig. Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 208.

1 A¹ Lanc., A² Helbig. — 2 fin. A om. Lanc. — 3 in. y om. Helb.


2768 tabula marmorea. Rep. prope Monte Compatri sub colle *Monte Doddo*, deinde Monte Compatri apud sacerdotem Vincentium Misori HENZ. Mortuo Misorio quo pervenerit, ignoratur.



Descripsit Henzen et edidit *bull. dell' Inst.* 1856 p. 157.

Supplementa adscripsit Henzen.

2769 lamina aenea rotunda; a tergo extat clavis quo muro vel tabulae infigi debebat FEA. Rep. anno 1815 in una vigna vicino alla Colonna FEA, similiter visc., qui addit, fuisse deinde Romae apud Bonar Anglum. — In vase aereo rep. in ruderibus Veiorum loco dicto la Colonna ORELLI 2927, errore.



Fea sched. f. 184; delineavit Phil. Aur. Visconti diss. *dell' accad. rom. di archeologia* I, 2 (1823) p. 357 cum commentario lecto d. 18 Iul. 1816 (inde repetita est *memorie romane di antichità* vol. 1 p. 174; Orelli n. 724. 2927).

2 CLAVDI Fea, CLAVD Visc. — 4 prima littera dimidiata, ut erat, et pro i et pro l haberi poterat (cf. Viscontius p. 369 not.).


Diversum hunc esse a Narciso eo, qui Claudio imperatori fuit ab epistulis et magnam sui memoriam reliquit, non monerem, nisi in eum errorem incidisset Viscontius.

2773/4 cippus MAR. 9122, herma acephalus visc. Rep. anno 1781 alla Colonna nella vigna Graziani [i. e. ibi ubi n. 2770] MAR. 9122. — Romae in villa Borghesia visc.

Manus ignota apud Marinum ms. Vat. 9122 f. 50'; E. Q. Visconti apud eundem ms. Vat. 9134 f. 30, edidit *Museo Pio-Clementino* 3 (Mediol. 1819) p. 172 (inde Orell. 4335).


Eodem loco prodit epigramma Graecum item inscriptum in herma (C. I. Gr. 6186 = Kaibel n. 829) ex quo colligitur fuisse ibi ἄλσος Μούσαις ἵερόν.

2770 parvus marmoreus cippus ut videtur. Ad oppidum Columnam in muro vineae de Lazarinis FABR.; non già nel muro, ma nella facciata del casino riguardante settentrione FICOR., recte. Cavato vicino la Terra della Colonna nella Vigna Lazzarina MATT. Extat eodem loco quo viderunt priores, in vinea nunc, ut refert Lanciani, Eugenii Ciuffa, a sinistra viae quam nuper fecerunt a Frascati ad La Colonna oppidum paulo ante quam collis in quo est La Colonna ascenditur (duabus chil. a Colonna LANC.).



Recognovi. Fabretti de aquis ed. I p. 183, ed. II p. 176 (inde Nibby *viaggio* 1 p. 524), inscr. 540, 388; Mattei *Tuscolo* p. 29 (inde Mur. 1053, 3); Ficoroni *memorie di Labico* (1745) p. 50 cf. p. 52, qui dicit se vidisse; Vulpi Lat. 8 (1742) p. 299; Io. Bapt. Zanobetti misit Lamio epistula data Romae d. 15 Mai. 1758 (inter epistles Lamianas bibl. Riccard. vol. 64); acceptam ab Ioanne Graziani Ariminensi Io. Bianchi misit Lamio (epist. Lamian. bibl. Riccard. vol. 44), unde edita est *Novelle lett. di Firenze* 1758 p. 335 (inde Donati 339, 3); Chaupy *maison d' Horace* 3 (1769) p. 469; Lanciani *not. degli scavi* 1883 p. 416. Orelli n. 418 et n. 3997.

2771 fragmentum tabulae rep. ibi ubi n. 2767 LANC. (*bull.*). Romae in aedibus Ciuffa via Giulia, si suppone proveniente dal territorio tuscolano LANC. (*notizie*).



Lanciani *notizie degli scavi* 1884 p. 193, *bull. municipale* 1884 p. 208.

HORTVLVS HIC VARI
EST OPVS ALCINOI &


2772 tabula marmorea litteris aevi labentis. Rep. in vinea Aloysi Dominici sita inter La Colonna et novam viam Labicanam HELBIG (cf. forma locorum apud Rossium *bull. mun.* 1 p. 276 fig. A; rudera antiqua ibi inventa describunt Helbig p. 92 et Lanciani apud Rossium p. 275). Postea Romae in repositis musei Capitolini.

A F S P E C V
L V D I A N E
V S Q F C L E
M E N T I A
5 N O · P · P R O
C L I N I P A S S
P M ∞

Descripsit Helbig, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1864 p. 93; de Rossi delineavit *bull. arch. municipale* 1 (1873) p. 270; consultit Kaibel. Garrucci syll. n. 1459, qui dicit se descriptissime.


Speculum Diana nomen fuisse ei lacui cui adiacet nemus Diana auctor est Servius ad Verg. 7, 516: sed ab eo lacu disiunctus est locus ubi hic cippus repertus est non solum spatio septem vel octo millium passuum, sed etiam summo monte Albano. Rossius *bull. mun.* 1. c. p. 271 cogitavit de lacu eo, qui distat a loco ubi cippus repertus est paulo plus mille passibus, a sinistra viae quae nunc dicitur Labicana, quem lacum (hodie nullum nomen ei est nisi *il laghetto*) nonnulli putabant Regillum (Nibby *viaggio* p. 250), donec eum lacum non esse antiquum vel certe non eius aetatis, in cuius historia memoratur Regillus, observavit Nibby *analisi* 3 p. 8. Id ipsum, si verum est, obstat coniecturae Rossiana. Ceterum lacus Nemorensis Speculum Diana nomen habuit sine dubio propter limpiditudinem aquae, huius lacus aqua olim vix minus turbida fuit quam hodie est. — Mommsenus *bull. dell' Inst.* 1865 p. 208 legerat *af specu Ludiane*, cogitans de specu Mithriaco; et reperta est una cum hac inscriptione tabula cum anaglypho Mithriaco (Helbig *bull.* 1864 p. 92). — 3-5 *us(que) fundo* Clementiano. — 5 *p(edatura)* Proclini legit Rossius; certe significatur spatium interiectum inter speculum Diana et fundum Clementianum esse Proclini. [Ad fundi vocabulum cum domini addi soleat, mihi creditur solendum esse *P(ubli) Proclini* et hoc significari, ab speculo Diana usque ad fundum Clementianum, qui sit P. Proclini, spatium interponi passuum plus minus mille. TH. M.]

4230 cippus repertus sub Grotta ferrata loco dicto Borghetto [cf. ad n. 2496 cet.]



Descripsit Tomassetti et ed. *archivio della soc. di storia patria* 1885 p. 473. Rocchi apud Fiorellum *notizie degli scavi* 1885 p. 159.

4230a ibi ubi n. 4230.



Descripsit Tomassetti.

XIV. Inter Tusculum et montem Albanum.

ad n. 2572. Idem ut puto exemplum nuper Alexander Fausti Frascatanus vendidit curatoribus rerum antiquarum a municipio Romano constitutis (*Lanciani bull. municipale* 1884 p. 53).

ad n. 2573. Alterum ut videtur eiusdem inscriptionis exemplum sed mutilum (extabat solus v. 1) refert Lanciani syll. aq. n. 363 inventum, ut ait, a Gagliardio.

XV. TVSCVLVM (p. 252).

ad n. 2606. Fragmentum c Stevensonius quoque descripsit idemque nuper editum est in *notizie degli scavi* 1885 p. 478, ubi non recte dicitur esse *pezzo di lastra*.

ad n. 2610. Rubelliae Bassae nomen inscriptum legitur in fistulis plumbeis quae prodierunt a. 1877 Romae sub monte Palatino Circum maximum versus (Lanciani syll. ep. aq. n. 159).

ad n. 2675. 2689. Edidit Tomassetti *archivio della soc. rom. di storia patria* 9 (1886) p. 59. 49.

ad n. 2741. Vide ne puncto deleto legendum sit *Rutilia L. f. materter(a) Regin(i)*.

XVI. LABICI (p. 274).

ad p. 274 not. 2. *Labic-* cum b reperitur etiam in titulo huius Corp. vol. VI n. 10239.

ad n. 2771. Recognovi ad ectypum missum a Tomassettio. V. 4 partes soñ litterarum videor mihi agnoscere, 3 in. exiguum fragmentum ante s potest superfluisse etiam ex A, v. 6 est ATELLAN. — Nimis autem mutilum est fragmentum quam ut suppleri possit. Hoc appareat agi de ludis eisque diversi generis; v. 3 videtur agi de certamine tibicinum, nam *multiforatae* dicuntur sine dubio tibiae (ut alibi multiforae et apud Apuleium multiforables, apud Graecos αὐλὸς πολύτρητος), v. 4 spectare ad cantores indicat mentio arteriarum, v. 5 aperte agitur de certaminibus pugilum, v. 6 nominantur ludi Atellanici (v. 5 fin. fortasse supplendum est can[tica] idque coniungendum cum v. 6; cf. Suet. Galba 13).

4231 cippus lapidis Tusculani (*sperone*) rep. Monte Compatri nel fare i fondamenti della casa di Salvatore Mastrofrancesco, nunc affixa parieti eiusdem domus.

DEVERTICLVM
PRIVATVM

Misit Tomassettius cum ectypo, sed male impresso.

XVII. GABII (p. 278).

De ruderibus Gabiorum nuper accurate exposuerunt Cozza et Pasqui in actis Fiorelli *notizie degli scavi* 1885 p. 424 seq., addita tabula.

ad n. 2790. Fistula plumbea inscripta *Iuli Ponpei Rusoniani* nuper prodiit Romae in monte Quirinali (*bull. comunale* 1887 p. 9).

ad n. 2795. V. 12 fin. scr. HS·X·M·N. — De L. Vipstano Poblicola Messalla, altero ex quattuorvis nominatis in v. 6, vide infra n. 4245.

4232 fragmentum marmoreum altum cm. 11 latum cm. 6 crassum cm. 1,7. Rep. a Cozza et Pasqui Gabiis tra il tempio di Giunone e la chiesa di s. Primolo, sulla sinistra di quella via che divide in tutta la sua lunghezza l'altura di Gabii, e che si congiunge alla Prenestina, poco sotto il nominato tempio di Giunone, in quel luogo appunto ove nel 1792 si fecero le ricchissime scoperte.

iMP ·	Cesar uii	m. agrippa iii	a. 727
iMP · CA	esar uiii	t. statilius ii	728
IMP · CA	esar uiii	m. silanus	729
IMP · CA	esar x	c. norbanus	730
5 IMP · CA	esar xi	en. piso	731
M · MAR	cellus	t. arruntius	732

Barnabei *notizie degli scavi* 1885 p. 428, qui supplevit.
Superest sine dubio ex eadem fastorum tabula ex qua n. 2801.

4233 fragmentum marmoreum latum cm. 12 altum cm. 8 crassum cm. 5 litteris aetatis sequioris. Rep. a Cozza et Pasqui Gabiis a nord-est dell' arx.

EIS

Barnabei *notizie degli scavi* 1885 p. 427.

ad n. 2849. Eiusdem plumbarii nomen nuper lectum est in fistula quae descripta Frascati apud Alexandrum Fausti, mox Romam translata a curatoribus antiquitatum municipalibus, ter repetitam habet inscriptionem T·STATILI FELICIO FEC (Lanciani *bull. municipale* 1886 p. 105 n. 1169). Verisimile est hanc quoque fistulam ex finibus Gabinorum adlatam esse in oppidum Frascati (idem Alexander Fausti apud se habebat vel habet inscriptiones agri Albani et Labicani n. 2421. 2587a. 2785).